

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quis tolerare queat fatuos: qui sepe tonantem  
 Contemnunt verbis: & certant murmure contra  
 Noctes atq; dies patris mandata superni  
 Confundunt: lingue petulantia verbaq; promunt.  
 Tanq; de nostri generis sit semine natus:  
 Aequalis nobis, nec sit metuenda potestas  
 Iudicij superum: nec presens poena nocentij:  
 De loue quid sentis: cuius sic vellere barbam  
 Audes: & teneras aures impellere tentas.  
 Mox deus ad penas cum te non trudit amaras.  
 Ignouisse putas, quia cum tonat: otius llex  
 Fulmine discutitur rapido: q; tuq; domusq;  
 O male fidentes, vitam sic ferre nocentem  
 Quid iuuat vsq; adeo: deus est super omnia iustus  
 Cuncta videt: contundit enim sua lumina nullus  
 Nonne putas vite metam durare perennem:  
 Ut sint ad veniam tibi tempora longa precanda  
 O fatue enormis noli confidere rebus  
 Pestiferis: omnes horrenda morte peribunt  
 Te peccare sinit siquidem diuina potestas:  
 Temporis ad spacium /parcit quandoq; nocenti:  
 Sed grauius tandem tormentum rector olympi  
 Iniungit: torquetq; magis delicta nocentum.  
 O male prudentes: quorum sic corda tenebris  
 Obscure iacent: nequeant vt credere recte:  
 Et curare deum: quo sunt elementa creata:  
 A quo pcessit nitidus sol: lucida phoebe:  
 Qui statuit lucem /& noctes /& tempora cuncta:  
 In cuius maibus spacium dependet vtrumq;  
 Et vite mortisq; gradus: deus omnia nouit.  
 Quem peccasse pudet: cui tedia vita probrosa  
 Efficat: & curat cui sum emendare priorem  
 Hic speret veniam facti pacemq; benignam:  
 Nam deus omnipotens lugentem exaudit ipsum

Proh quicumq; deo maledicis: conuictumq;  
 Indignum iactas: lingue & petulantia dicta:  
 Dignus es vt primum moriaris corpore: honore/  
 Atq; anima, Iudex qui sinit ista: luet,

P iii

Iob. xv.  
 ps. cviii.  
 Eccs. vii  
 Exo. xvi  
 Sap. .xi.

Persius.  
 Eccs viii

Ad ro. ij

p. xxvij.  
 Eccs. xvi  
 Hic. xij  
 Esa. xlvij  
 Valeri.  
 li. i.  
 Ecclesi.  
 xxxvij.

ps. vij. et  
 xlvj.

Eccle. ij.  
 Hiero.  
 xviii.  
 ezechie.  
 xviii.